

Mittheilungen des Historischen Vereines
für Steiermark Heft 7 (1857)

Urkunden = Regesten

für die

Geschichte von Steiermark

vom Jahre 1252 bis zum Jahre 1580.

Mitgetheilt von

Prof. Dr. G. Göth.

(Fortsetzung.)

250. 1386. 25. Mai. (St. Urbanstag.) Andrä Abt zu Sittich und der Convent daselbst reversiren an Grafen Hermann und Grafen Wilhelm von Cilli die Aufrechthaltung der Stiftung des Grafen Albrecht zu Görz und seiner Gemalin Katharina, Gräfin von Cilli, auf mehrere Fahrtage und ein ewiges Licht in der Klosterkirche. Tom. IV. p. 627.

251. 1386. 17. Juni. (Sonntag vor St. Johannes in Sonwenden.) Germig, Quardian des Klosters zu Cilli, Minoriten Ordens, und der Convent daselbst kaufen gegen ewigen Wiederkauf von den Grafen Hermann und Wilhelm von Cilli 6 1/2 Huben jenseits der Sau zum obern Rempsch bei dem heil. Kreuz, und 19 Eimer Bergrecht daselbst um 80 Mark Wiener Pfeninge. Mit denselben 80 Marken stiftet Gräfin Adelheid von Cilli, Grafen Ulrichs von Cilli sel. Witib, des Grafen Wilhelm von Cilli Mutter, zwei ewige Messen am St. Maximilians- und St. Franziskus-Altar des obigen Klosters und ein ewiges Licht auf dem Chore daselbst. Tom. IV. p. 668.

252. 1386. 21. Sept. (An St. Matthäus Tag.) Hans, des Payer Sohn von Gemündt, wird durch Friedrich Grafen von Ortenburg mit einem Gute zu Rheiß ob dem Rainweg an dem niedern Frankenberg belehnt. Siegl er: Hertlein Schlenberger. Tom. I. p. 956.

253. 1386. 29. Okt. (Montag vor Allerheiligen Tag.) Agnes Gräfin zu Ortenburg, Eberhards von Wallsee von Droschendorf Witib, legirt der Kirche zu Kranaw 30 Mark Pfening, und ersucht ihren Bruder Albrecht, Bischof zu Trient, und Vetter Friedrich, beide Grafen zu Ortenburg, um Aufrechthaltung dieses Legates. Tom. I. p. 959.

254. 1386. 10. Dez. Andrä, Abt zu Sittich, und der Convent, geloben dem Grafen Hermann und Grafen Wilhelm zu Cilli, die Stiftung des Grafen von Görz und seiner Gemalin Katharina Gräfin von Cilli auf ein ewiges Licht vor dem Frohnleichnamsaltar und auf eine ewige Messe am St. Stefansaltar aufrecht zu halten. Im Unterlassungsfalle sollen der Prior, der Subprior und der Oberkellner so lange bei Wasser und Brod gehalten werden, bis die Stiftung ehrlich vollbracht sein wird. Tom. IV. p. 629.

255. 1388. 6. Mai. (Mittwoch nach St. Florians-Tag.) Wilhelm der Lamberger empfängt von Grafen Friedrich v. Ortenburg den Zehend zu Lengenuelbt, den vordem Jakob der Zäppel inne hatte, zu Lehen. Tom. I. p. 992.

256. 1389. 6. Jänner. (Am St. Prechentag.) Peter, Pfarrer zu Gonobiz, verbindet sich, den Herrn der Herrschaft Gonobiz, Haug von Tibein, und seine Nachfolger als rechte Vogtherren zu erkennen, und 3 Mark Wiener Pfg. jährliches Vogtrecht zu steuern. Siegl er: Ritter Hans Feustrizer. Tom. IV. p. 667.

257. 1389. 17. Januarii. Venerabili Patri Domino Ottoni, Abbati Monasterii Sancti Petri Salisburgensis, ordinis Sancti Benedicti, Christianus Praepositus Monasterij Sti. Zenonis, ordinis Sti. Augustini, Salisburgensis Dioecesis, Salutem in Domino. Constitutus coram nobis discretus uir Dominus Erhardus Sibner, Presbyter dictae Dioecesis habens in manibus suis quasdam litteras Apostolicas in communi forma pauperum sibi concessas, super prouisione facienda eidem et beneficio Ecclesiastico cum cura uel sine cura, uacante uel non uacaturo, spectante ad collationem, prouisionem, praesentationem seu quamuis aliam dispositionem Reuerendi Patris Domini Episcopi Seccouiensis, dixit et asseruit. quod ipse uigore earundem litterarum Apostolicarum Ecclesiam parochialem in Judenburg praefatae Dioecesis spectantem ad praesentationem dicti domini Episcopi tanquam uacantem de iure et de facto infra tempus debitum acceptauit. Sed quia Reuerendissimus in Christo pater et dominus noster Dominus Pilgrinus, Archiepiscopus Salisburgensis, executor prouincialis dicti mandati Apostolici prouidere ipsi domino Erhardo de dicta Ecclesia abnegauit, licet idem Erhardus pro habendo huiusmodi prouisionem ab ipso domino Archiepiscopo Exeutore suam, ut asseruit, fecerit diligentiam iuxta posse, prout in instrumento publico inde confecto, et per nos uiso latius continetur. Quapropter nos, qui una uobiscum sumus in casu impotentiae, uel uoluntatis ipsius Domini Archiepiscopi executoris dicti mandati apostolici deputati, dictus Erhardus cum instantia requisit, ut ad ulteriorem executionem dicti mandati procedere et sibi de beneficio dicto per ipsum sic, ut

praemittitur, acceptato providere dignaremur. Verum cum nos tam nostris quam Ecclesiae nostrae simus pontificalibus et uariis negotiis praepediti adeo, ut executioni dicti negotij uacare ad praesens commode nequeamus, super ipsius negotij examinatione et executione plenarie facienda nobis Domino Abbati condelegato nostro in hac parte, tenore praesentium committimus integraliter uires nostras. In cuius rei testimonium et memoriam futuram, cum praesentes litteras fecimus nostri sigilli appensione muniri. Datum in Monasterio Sancti Zenonis, Mense Januarii die septima decima Anno Domini Millesimo Trecentesimo octuagesimo nono. Tom. IV. p. 675.

258. 1389. 19. Febr. In civitate Austriae. Joannes, Aquilegiensis ecclesiae Patriarcha befehlt Wilhelm Grafen zu Cilli für sich und seinen Vetter Hermann Grafen zu Cilli mit nachbezeichneten Agleyer Lehen: mit den Besten Oberburg und Altenburg, Neideg, mit den Zehnten in Lemberg, Neukirchen, St. Peter im Saanthal, Graßlau, Prassberg und im Schalachthal, mit den Lehen der Heunburger und des Ulrich von Pilschgraz, mit dem Zehnt in Reischitz und Lüsser, mit den Lehen des Leopold Freyen von Sunegg, mit den Zehnten in den Dörfern und Pfarren Ponigl, h. Kreuz disseits der Sotet, Liechtenwald, Gurkfeld, Reifniz, mit dem Gericht in Tethonoy. Praesentibus venerabilibus et discretis viris, dominis Marquardo de Randeg, decretorum Doctore, vicario nostro in spiritualibus, Augustino Priore novi Monasterii in Brimna, Joanne de Mila, Friderico plebano in Tyffer, et nobilibus Ludwico de Porcillis, magistro curiae nostrae, Nicolao de Pulzinico, comitibus Rizado de Walvasone, Wenceslao et Thomasino de Spornbergo, Friderico Gleinizer capitaneo Goritiae, Joanne et Aegidio de civitate Austria, et pluribus aliis. Tom. I. p. 893.

259. 1389. 14. Martii. Joannes DEJ gratia, Sanctae Aquilegensis Ecclesiae Patriarcha, Deuoto nobis in Christo Dilecto Urbano de Loss Presbytero gratiam nostram cum salute. Morum honestas, uitae laudabilis et honestae conuersationis assertio, et sufficientia scientiarum, quibus apud nos fide dignorum commendaris testimonio, nos inducunt, ut tibi in largitione gratiae reddamur liberales. Cum itaque parochialis Ecclesia Sancti Stephani in Reifniz nostrae Aquilegensis Dioecesis, cui imminet cura animarum, ad praesentationem spectabilis Comitis de Ortenburg pro tempore existentis, et ad nostram collationem seu prouisionem spectans, per mortem Nicolai Presbyteri ultimi et immediati eiusdem parochialis Ecclesiae plebani et Rectoris, uacare noscatur de praesenti, nos uolentes tibi gratiam facere spe-

cialem, ad praesentationem et humilium precum instantiam spectabilis et nobilis Friderici Comitis de Ortemburg, tibi dictam parochialem Ecclesiam in Reifniz cum omnibus suis iuribus et pertinentiis conferimus, donamus et confirmamus, teque praesentibus nostris Litteris inuestimus de eadem, tibi curam animarum et administrationem bonorum omnium tam spiritualium quam temporalium committimus etiam et assignamus. Et ut huiusmodi nostra gratia suum sortiatur debitum effectum, honorabili Joanni de Mila, Reuerendi Patris, domini Episcopi Tridentini Secretario nobis in Christo dilecto committimus et mandamus, quatenus requisitus per te uel alium, te uel procuratorem tuum nomine tuo in tenutam et corporalem possessionem dictae parochialis Ecclesiae, omniumque iurium et pertinentiarum eiusdem inducat et defendat inductum, faciatque tibi uel procuratori tuo de omnibus et singulis fructibus, redditibus, et prouentibus et iuribus ac obventionibus uniuersis eiusdem Ecclesiae in Reifniz, amoto exinde quolibet illicito detentore plene et integraliter responderi, saluo semper iure nostro, nostraequae Aquilegensis Ecclesiae et alterius cuiuscunque, contradictores uero et rebelles auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam compescendo. Harum sub nostri appensione sigilli testimonio litterarum. Datum in nostro Patriarchali Palatio in nostra Ciuitate Austriae nostrae Dioecesis praedictae. Anno Domini Millesimo trecentesimo octuagesimo nono, die quarta decima mensis Martij, duodecima Indictione. Tom. IV. p. 688.

260. 1389. 17. Aug. Wien. (Erchtag nach unser Frauentag der Schibung.) Herzog Albrecht schuldet der Elisabeth von Reutemberg, seiner Gemalin Hofmeisterin, für gegen Wilhelm Scherffenberger behauptete und ihm (Albrecht) übertragene Rechte 300 Pfd. Wiener Pfeninge, daran er ihr 100 Pfd. anderswo ausgerichtet, und 200 Pfd. zu dem Saß auf Nasenfuß geschlagen hat. Dominus Dux, per dominum Magistrum Forest. Tom. II. p. 104.

261. 1391. 26. Januarii. Romae. Bonifacius Episcopus, Seruus Seruorum Dei, Venerabilibus fratribus, Tridentinensi et Gurcensi Episcopis, ac dilecto filio Abbati Monasterij Sancti Lamberti Salisburgensis Dioecesis, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Vitae ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et uirtutum merita, super quibus apud nos dilectus filius Erhardus Sibner Presbyter Salisburgensis Dioecesis fide digno commendatur testimonio nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratias Liberales. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti Erhardi petitio continebat, quod olim parochiali ecclesia Sancti Nicolai in Judenburga dictae Dioecesis per obitum quondam Friderici Pfuntan, ultimi ipsius

Ecclesiae Rectoris extra Romanam Curiam defuncti uacante, ipse Erhardus uigore quarundam litterarum Apostolicarum, per quas beneficium ecclesiasticum cum cura uel sine cura ad collationem, prouisionem, praesentationem, seu quamuis aliam dispositionem venerabilis fratris nostri Episcopi Seccouiensis pertinens exspectabat: Eandem Ecclesiam sic uacantem, et ad collationem dicti Episcopi pertinentem, infra tempus legitimum acceptauit, et de illa sibi prouideri fecit, Canonice, illamque uigore acceptationis et prouisionis huiusmodi fuit pacifice assecutus. Cum autem sicut eadem petitione subiungebat, dictus Eberhardus dubitet acceptationem et prouisionem praedictas, ex certis causis, uiribus non subsistere, et sicut accepimus praedictam Ecclesiam uacare noscatur ad praesens. Nos uolentes eidem Erhardo praemissorum meritorum suorum intuitu gratiam facere specialem Discretionis uestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus uos uel duo aut unus Vestrum per uos uel alium seu alios praedictam Ecclesiam, cuius fructus, redditus et prouentus duodecim marcharum argenti secundum communem existimationem, ualorem annum, ut ipse Erhardus asserit, non excedunt, si, ut praemittitur uacat, etiamsi tanto tempore non uacauerit, quod eius collatio, iuxta statuta Lateranensis concilii, ad sedem Apostolicam legitime deuoluta, uel ecclesia ipsa dispositioni Apostolicae specialiter reseruata existat, dictusque Fridericus, eiusdem sedis Capellanus, et alius officialis, uel fructuum et prouentuum, Camerae Apostolicae debitorum Collector uel Subcollector, uel eiusdem sedis, aut alicuius ex venerabilibus fratribus nostris sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus familiaris fuerit, dummodo tempore dati praesentium non sit indicta Ecclesia alicui, specialiter ius quaesitum cum omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem Erhardo autoritate nostra conferre et assignare curetis inducentes praefatum Erhardum uel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem Ecclesiae iuriumque et pertinentiarum praedictarum eadem autoritate et descendentes inductum, ac facientes sibi de ipsius Ecclesiae fructibus redditibus, prouentibus, iuribus et obuentibus Vniuersis integre responderi, contradictores autoritate nostra appellatione postposita compescendo, non obstantibus, si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de huiusmodi, uel aliis beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus speciales uel generales dictae sedis uel legatorum eius litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reseruacionem et decretum, uel alios quomodolibet sit processum, quibus omnibus praefatum Erhardum in huiusmodi Ecclesiae assecutione uoluimus anteferri, sed nullum per hoc eis, quoad assecutio-

nem beneficiorum aliorum praeiudicium generari. Seu si Episcopo Seccouiensi pro tempore existenti, uel quibusuis aliis communiter uel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod ad receptionem uel prouisionem alicuius minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, uel excommunicari non possint. Quodque de huiusmodi uel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, prouisionem, praesentationem, seu quamuis aliam dispositionem, coniunctim uel separatim spectantibus nulli ualeat prouideri, per litteras Apostolicas, non facientes plenam et expressam ad de uerbo in uerbum, de indulto huiusmodi mentionem et quamlibet alia dictae sedis indulgentia generali uel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam praesentibus non expressam uel totaliter non insertam, effectus huiusmodi gratiae, impediri ualeat, quomodolibet uel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris, mentio specialis. Volumus autem, quod quamprimum idem Erhardus uigore praesentium praefatam Ecclesiam fuerit pacifice assecutus, praefatae litterae, per quas illam acceptauit, et de ea sibi prouideri fecit, ut praefertur, et processus habitus per easdem, et quaecunque inde secuta, sint cassa et irrita, nulliusque roboris uel momenti. Et insuper ex nunc irritum decreuimus et inane, si secus super his a quoquam quauis autoritate scienter uel ignoranter contigerit attemptari. Datae Romae apud Sanctum Petrum, septimo Calendas Februarii, Pontificatus Nostri anno secundo. Tom. IV, p. 671.

262. 1391. 2. Septembris. Seiz. Frater Joannes, Prior Carthusiae indignus, Notum facimus per praesentes, quod considerantes fauorabilem protectionem et defensionem, nec non plurima beneficia, quae nobiles et potentes domini, Dominus uidelicet Hermanus et Dominus Wilhelmus Comites Cilliae, ac generales Capitanei Carnioliae, Monasteriis Vallis S. Joannis in Seiz, Vallis S. Mauriti in Gyrio, et uallis iocosae in Freiniz nostri Carthus: ordinis ipsorum gratuita benignitate, et pia deuotione hactenus contulerunt et quotidie conferre non desinunt. Ideo ne tantis, quod absit, gratiosis beneficiis inueniamur ingrati, eisdem dominis Comitibus eorumque patribus et consortibus, ac filiis et filiabus ipsorum concedimus autoritate Capituli generalis, unum duntaxat anniuersarium perpetuis temporibus duraturum, in singulis Monasteriis supradictis scilicet S. Joannis, S. Mauriti, et uallis iocosae ordinis antedicti, cum plena agenda in Ecclesia et missa cum notis praesente conuentu ordinantes, quod dictum anniuersarium scribatur in Calendariis supradictorum Monasteriorum die, quo aliquem praefatorum

dominorum Comitum primo in Domino obire contigerit, cum aliorum supradictorum associatione. Datum in supradicta domo S. Joannis in Seiz, Anno Domini Millesimo Trecentesimo nonagesimo primo, die secunda Mensis Septembris, sub magno Sigillo praefati Capituli generalis. Tom. IV. p. 689.

263. 1392. Bruck. 15. Dez. (Sonntag nach St. Lucientag.) Herzog Albrecht befiehlt dem Hauptmanne in Steyer, Hertneid von Liechtenstein, das Stift Rein gegen die Grenzübergriffe des Burggrafen zu Gösting und des Landgerichtes Wolfenstein zu schützen. Tom. I. p. 801, siehe auch: Dipl. Run. Tom. I. p. 2054.

264. 1393. Wien. 25. April. (St. Markustag.) Albrecht und Wilhelm, Herzoge zu Oesterreich, überlassen der Gräfin Catharina von Padau (Pettau?), des Grafen Stefan von Begl und Modrusch Witzib, die Beste Meithau, die vorher Hermann Graf zu Cilli, Hauptmann in Krain, innehatte, um 1800 Pfd. W. Pfg. saßweise. Tom. II. p. 105.

265. 1393. Perusii. 5. Julii. BONJFACIJS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Magnae deuotionis et Sinceritatis affectus, quem Venerabilis frater noster Joannes Patriarcha et dilecti filij Capitulum Aquilegense, nec non nobilis Vir Hermannus Comes Cilliae ad nos et Romanam Ecclesiam gerere comprobantur, non indigne merentur, ut uotis eorum illis praesertim, per quae Ecclesiarum utilitas procuratur, quantum cum Deo possumus, fauorabiliter annuamus. Sane petitio pro parte ipsorum Patriarchae, Capituli et Comitibus nobis nuper exhibita, continebat, quod olim praefatus Patriarcha ad hoc, quod Sancti Martini in Tiuer, sancti Martini in Ponikel, Beatae Mariae Virginis in Gurkfeld, Sanctae Margarethae in Godiz, Sanctae Crucis prope Rohatsch, et Sancti Ruperti prope Nassenfues, Aquilegensis Dioecesis Parochiales Ecclesiae in terris seu locis, quorum dominium temporale ad eundem Comitem pertinet, consistentes, et quarum collatio et prouisio, nec non quaevis alia dispositio ad patriarcham Aquilegensem pro tempore existentem, tunc pertinebat, ut earum iura melius et salubrius conseruarentur, ac etiam ex certis alijs rationabilibus causis eundem Patriarcham mouentibus ad hoc ipsorum Capituli accedente consensu, ius Patronatus ipsarum Ecclesiarum, quarum fructus, redditus et prouentus Ducentarum Marcarum argenti, secundum communem existimationem ualorem annuum, ut asseritur, non excedunt, seu praesentandi personam idoneam ad quamlibet ipsarum Ecclesiarum, cum ipsas Ecclesias pro tempore uacare contingeret, in Rectores praefato Patriarchae pro tempore esistenti, eidem comiti,

suisque haeredibus donauit, licet de facto, prout in authenticis litteris ipsorum Patriarchae et Capituli sigillis munitis, quarum tenor inferius de uerbo ad uerbum describitur, plenius continetur, ipseque Comes possessionem iuris Patronatus huiusmodi earundem Ecclesiarum praetextu eiusdem donationis extitit, assecutus similiter de facto. Quare pro parte praedictorum Joannis Patriarchae et Capituli, nec non Comitibus, fuit nobis humiliter supplicatum, ut Donationi praefatae robur Apostolicae firmitatis adicere de speciali gratia dignaremur. Nos igitur, ut eorundem Patriarchae et Capituli, et Comitibus Deuotio huiusmodi ad Nos et eandem Romanam Ecclesiam feruentius augeatur, huiusmodi supplicationibus inclinati, donationem praedictam, et omnia inde secuta, rata habentes et grata illa ex certa scientia, Autoritate Apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus. Supplentes omnes defectus, si qui forsitan interuenerint in eisdem. Tenor uero dictarum litterarum sequitur, et est Talis:

Joannes, Dei Gratia, Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarcha, Magnifico Domino Hermannno, spectabili Comiti Cilliae, nostro Vasallo et amico percarissimo salutem cum dilectione sincera. Grata, indefessa, atque fidelia uestrorum praedecessorum obsequia, quae nostrae Aquilegensi Ecclesiae nostrisque praedecessoribus promississime, ut clare percepimus, impenderunt, uosque nobis et ipsi Ecclesiae impendere fidelissime non cessatis, ac per uos et haeredes uestros Nobis, successoribus nostris, et ipsi Ecclesiae impendi speramus, dante domino feruentius in futurum, prompta etiam fidelitas et magni labores, quos circa recuperationem istarum et aliarum Ecclesiarum per manus Tyrannicas, Nobis et ipsi Ecclesiae occupare, indebite molientes, uolenter detentatum merito et rationabiliter nos inducunt, ut uobis reddamur ad gratiam et singularem beneuolentiam Liberales, et personam Vestram, quantum cum Deo possumus, congruis fauoribus et gratiis extollamus, uolentes itaque praemissorum intuitu, eandem uestram honorare personam gratiamque facere specialem, uobis uestrisque haeredibus in sex parochialibus Ecclesiis, seu Plebibus infra scriptis, in nostra Dioecesi constitutis, uidelicet Sancti Martini in Tiuer, Sancti Martini in Ponikel, Beatae Mariae Virginis in Gurkfeld, Sanctae Margarethae in Godiz, Sanctae Crucis prope Rohatsch, et Sancti Ruperti prope Nassenfues, quarum Parochialium Ecclesiarum collatio, prouisio et omnimodo dispositio ad Nos et ipsam nostram Ecclesiam Aquilegensem pleno iure dignoscitur pertinere, ius Patronatus concedimus per Praesentes, ac quando-

cunque et quotiescunque ipsae Ecclesiae Parochiales uel earum aliqua de caetero uacare contigerit, Presbyterum seu Presbyteros idoneum uel idoneos, morum et honestate uenustos in aetateque legitima constitutum aut constitutos aliaque simoniata prauitas inde non interueniat, siue dolus, super quibus Vestram et haeredum uestrorum conscientiam oneramus autoritate propria ad ipsas et ipsarum quamlibet inueniendi, eligendi, ac nobis uel nostris successoribus in perpetuum praesentandi omnibus modo, iure et forma, quibus melius et efficacius possumus per nos et successores nostros, ac uice et nomine nostrae Aquilegensis Ecclesiae supradictae licentiam et auctoritatem, tenore praesentium concedimus et plenariam facultatem, ita quod illum, uel illos presbyterum uel presbyteros, quem uel quos ad ipsas Parochiales Ecclesias, uel earum aliquam de caetero uos, uel haeredes uestri, dum eas uel earum aliquam uacare contingerit, ut praefertur, elegeritis, nobisque uel ipsis nostris successoribus praesentaueritis, dummodo sit seu sint idoneus uel idonei, ut praemittitur. Nos et praefati nostri successores teneamur et teneantur ex debito sine contradictione aliqua seruatis seruandis confirmare, ac eum et eos de ipsis ecclesiis et earum qualibet inuestire, ac curam animarum et administrationem bonorum omnium spiritualium et temporalium committere in forma Ecclesiae consueta. In cuius rei testimonium et perpetuum plenum robur praesentes scribi iussimus, nostrique sigilli appensione muniri. Datum in nostro Patriarchali palatio nostrae ciuitatis Austriae, die vigesimo octauo Decembris, Anno Domini Millesimo Trecentesimo, nonagesimo tertio, indictione prima.

Nos Thomasinus de Forlinio, Vicedecanus, Antonius de Ranchonis de Vtino, Bartholomaeus de Pobio, et Franciscus de Vtino, Canonici Ecclesiae Aquilegensis, facientes Capitulum, et tamquam Capitulum ipsius Ecclesiae, cum plures Canonici ipsius Ecclesiae tunc non essent, qui possint tunc ipsi Capitulo interesse, euocatis omnibus euocandis, congregati more et loco solitis ad infrascripta specialiter facienda, uisa, lecta, et audita littera suprascripta concessionis per praefatum reuerendissimum patrem et dominum dominum Joannem Patriarcham Aquilegensem de iure Patronatus ipsi Domino Patriarchae et eius successoribus spectante, in parochialibus ecclesiis infra scriptis, uidelicet Sancti Martini in Tiuer, Sancti Martini in Ponikl, beatae Mariae Virginis in Gurkfeld, Sanctae Margarethae in Godiz, Sanctae Crucis prope Rohats, et Sancti Ruperti prope Nassenfues, factae antedicto Magnifico Domino Hermannocomiti spectabili Comiti

Cilliae concessioni auctoritati praestitae inueniendi, eligendi, et praesentandi Presbyteros ad quamlibet dictarum Ecclesiarum idoneos, et inuestiturae de eis fiendae, et curae animarum, et administrationis bonorum eorum spiritualium et temporalium committendae et omnibus aliis in dicta littera contentis, in quantum de iure possumus, nostrum praebemus consensum pariter et assensum. In quorum omnium testimonium hunc praesentem consensum nostrum mandauimus sigilli capituli nostri munimine roborari.

Datum in Capitulo nostro Aquilegensis, die vigesimo quinto mensis Februarii, Anno Natiuitatis Dominicae Millesimo Trecentesimo Nonagesimo tertio, Indictione prima. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae Ratihabitionis, confirmationis, communitiois et supplectionis infringere, uel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Perusii 5. Iulii Pontificatus nostri Anno quarto. Tom. IV. p. 597.

266. 1393. 28. Decemb. In Civitate Austriae. Joannes, Aquilegensis Patriarcha, verleiht dem Grafen Hermann zu Cilli das Patronatsrecht über die Pfarren St. Martin in Luffer, St. Martin in Ponikl, h. Maria in Gurkfeld, St. Margarethen in Godiz, h. Kreuz bei Rohatsch und St. Rupert bei Nassenfuß. Tom. IV. p. 725.

267. 1394. 10. März. (St. Agnestag.) Des Ditlein Prennings Erben erklären sich bereit, dem Stifte Rein einen Weingarten zu Gosting als Stiftung eines Jahrtages auf dem Altar der Heiligen Stefan und Andreas abzutreten. Tom. III. p. 72, siehe auch: Dipl. Run. Tom. I. p. 2067. Dipl. DXXV.

268. 1394. 15. März. (Samstag vor Reminiscere in der Fasten.) Mathias von Baprischdorfs Vergleich mit Grafen Friedrich von Ottenburg in Betreff eingehobenen Stiftzinses, dann eines Saßbriefes von Hermann Zeppel von Puchholz pr. 100 Mark Pfening, und eines detto vom R. Turer pr. 200 Mark Pfening. Siegler: Friedrich von Sobelsperg, Hermann der Dursfel. Tom. I. p. 954.

269. 1394. 18. Okt. Enns. (Sand Lucas Tag Euangeliste.) Herzog Albrecht belehnt den Haug Liebenberg mit „ain Burcklechen in vnser Burg ze Wölkenmarkt, daß der Haunburger vor von vnns hatt ze lechen gehabt,“ mit der Bedingung, daß „der egenant Haug Liebenberg vnnd sein Erben sollen auch mit namen dasselb Burcklechen vnner Jarß freit redlich vnndt Erbarlich wider aufpauen vndt daß besetzen, oder Aber daß Ainen Andern für sich verthaußen, der daß vnn derselben

Zeit Ingleicher weiß Paun, als Si daß solten getan haben. An geuerd." Tom. I. pag. 59.

270. 1395. 3. Febr. (St. Blasien-Tag.) Hans von Liechteneg erhält von Herzog Albrecht und seinem „Geuettern“ Herzog Wilhelm die Bewilligung, auf dem „obristen Hoff zu liechtenegg im Mörzthal,“ der ein landesfürstl. Lehen ist, „äinen oder zween gemauerte Stöckh zu Bauen.“ Zeugen: Christoph der Orberger, Wilhelmb Dumerstorfer. Tom. I. pag. 263.

271. 1395. 21. Mai. (Freitag nach unsers Herrn Auffarthstags.) König Wenzel ertheilt (bestätigt) dem Grafen Friedrich zu Ortenburg das Recht der freien Gerichtsbarkeit und des Banngerichts auf allen seinen Herrschaften und Länden. Datum: Carlstain zc. Ad Mandatum Domini Regis: Franciscus Northus: praepositus. Tom. I. pag. 1029. 1053.

272. 1396. 25. Mai. Wien. (St. Urbanstag.) Des Otto von Ernfels, Pflegers der Hauptmannschaft in Kärnten, Revers über die Pfandschaft auf die Besten Ober- und Nieder-Streichau, die sie von den Herzogen Wilhelm und Albrecht zu Oesterreich nach Peter Ramung erhielten, und auf 40 Pfd. Geldes aus der Bürgersteuer zu Rottenmann. Siegler: Hans von Eberstorf. Tom. II. p. 115.

273. 1396. 24. Aug. (An St. Bartholomeestag.) Ulrich Gute-
nauer, Heinrich und Hermann, Vettern von Zobelsperg, Wilhelmb Lamberger, Stefan und Hansel Brüder Rauber, Gregori Gumpeller, Hansel von der Durr, Feizel von Poden, und Nix von Rußbach bezeugen, daß die Wälder und das Geiaydt zwischen der Herrschaft Mettlig und Polan zur Herrschaft Ortenburg gehören. Datum: Polan zc. Tom. I. p. 1009.

274. 1396. 27. Augusti. Romae sexto Calendas Septembris. Bonifacius Episcopus, Seruus Seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Apostolicae sedis circumspecta benignitas dubia, quae ex litteris uel aliis concessionibus Apostolicis insurgunt, libenter dilucidat et declarat. dudum siquidem nos parochialem Ecclesiam in Wodiz Aquilegensis Dioecesis, cuius dilectus filius Nobilis vir Hermanus comes Cil-liae uerus Patronus et existens in pacifica possessione, uel quasi iuris praesentandi Rectorem ad ipsam Ecclesiam, quoties uacat, ut asseritur, existit per liberam resignationem dilecti filii Joannis de Myta, tunc ipsius Ecclesiae Rectoris, per eum de illa in manibus nostris sponte facta et per nos admissam apud sedem apostolicam uacantem, venerabili fratri nostro Conrado Archiepisco Nicosiensi, Camerario nostro, quousque possessionem pacificam administrationis bonorum dictae Ecclesiae Nicosiensis esset assecutus, auctori-

tate Apostolica commendauimus, prout in nostris inde con-
fectis litteris plenarie continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Hermani petitio continebat, a nonnullis uertatur in dubium, an post expirationem huiusmodi commendae praefatus Hermanus personam idoneam possit ad ipsam Ecclesiam praesentare, et an propter huiusmodi Commendam praepiudicium generetur pro parte dicti Hermani, nobis fuit humiliter supplicatum, ut sibi super hoc de opportuna declarationis gratia prouidere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica tenore praesentium declaramus, nostrae intentionis fuisse et esse, ac uoluisse et uelle praefatum Hermanum post expirationem huiusmodi Commendae potuisse et posse personam idoneam ad ipsam Ecclesiam praesentare, sicut prius, dictamque Commendam praefate Hermano, quominus huiusmodi personam praesentare, et dicto iure Patronatus uti possit, non praepiudicasse, nec etiam praepiudicare. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae declarationis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romae apud Sanctum Petrum, sexto Calendas Septembris, Pontificatus nostri anno Septimo. Tom. IV. p. 634.

275. 1396. 25. Okt. Graß. Wilhelm Herzog zu Oestreich bestätigt den Kauf einer Hoffstatt zu Algersdorf mit Aeckern, Weingärten, Presh und Keller, von denen das Bergrecht zur Feste Chesting gehört und die von jenen 90 Pfd. Pfening bestritten wurden, welche die Klosterfrauen von Graben zu Graß, Beate und ihre Schwester, die Schröttin, geschafft haben zu der Kapelle in dem Kloster daselbst, in dem Kreuzgang gelegen. Tom. II. p. 217.

276. 1397. 4. Juli. (St. Ulrichstag.) Handenreich von Langenberg zu Müllstatt, erhält von Grafen Friedrich von Ortenburg, als dessen Dienstmann „zu Ross in ainen drafgezeug“ den Hof am Althersberg zu Lehen. Tom. I. p. 986.

277. 1398. 15. Okt. Wien. (Erchtag vor St. Gallen Tag.) Hansel von Sanct Jörgen erhält von Herzog Wilhelm seine „Angenschafft der Eiben Hueben in Aicher Pfarr gelegen zu dem Schermbüchel, Item des Hoffes, gelegen zu St. Jörgen vndt ain Hueben zu dem Haslach bei der Pfarr zu St. Merten“ zu Lehen. Zeugen: Ulrich der Schenk von Ostrawiz, Hans von Liechtenberg. Tom. I. pag. 265.

278. 1399. 31. Mai. (Freitag nach St. Urbanstag.) Friedrich's Grafen zu Ortenburg Lehenbrief an Nischen von Warenstein über 12

Huben in dem Dorf Nakel an dem Karst bei Schwarzenek, und 2 Mühlen an der Prem sammt dem Gericht auf den Gütern. Datum Ortenburg. Tom. I. p. 969.

279. 1400. 23. Aug. Prag. (St. Bartholomäusabend.) R. Wenzel verleiht dem Grafen Hermann zu Cilli nach dem Ableben des Hans Stadeler die erledigte Veste Kora zu rechten Mannslehen. Tom. I. p. 1040.

280. 1400. 4. Nov. Luenz. (Pfinstag nach Allerheiligen.) Albel von Kellerberg erhält von den Grafen Heinrich und Johann Meinhard zu Görz und Tirol ic. die Lehen auf zwei Höfen zu Podlenik, die Graf Meinhard von Görz, ihr Vater von Ditleins von Mitschnik's Sohn gelöst hat. Dafür soll er gewärtig sein „zu Rosß gewaffnet und wohlverwahrt.“ Tom. I. p. 806.

281. 1401. 1. Februar. (An U. J. Abend zu der Lichtmess.) Michel, Prior der Karthäuser zu Geprau (Gairach) urkundet, Katharina Gräfin zu Cilli, Grafen Hermans zu Cilli Witib, habe zu ihrem, ihres sel. Gatten, und ihres Sohnes, Grafen Hermann zu Cilli, Seelenheil in dem Kreuzgange des Klosters zu Gairach einen neuen Altar errichtet und ausgeschmückt, und als Stiftung zur Erhaltung desselben einen Zehent zu Ober-Tüffer um 132 Pfd. Wiener Pfening und 3 Huben in der Nück mit Hoffstätten, eine Hube zu Schlopperraum um 100 Pfd. W. Pfg. und 230 fl. bares Geld gespendet. Tom. IV. p. 750.

282. 1401. 8. März. (Erchtag vor Mitfasten.) Niklas der Stuffer und Ursula seine Hausfrau, des Niklein Kellermeister Tochter erhalten von Herzog Wilhelm zu Oesterreich die gegen Ulrich und Konrad Kapfensteiner behaupteten Güter zu Hirschau, St. Kathrein, Pürchfeld, das Haus zu Radkersburg ic. zu Lehen. Tom. I. p. 267.

283. 1401. 14. April. Luenz. (Pfinstag vor Misericordia.) Albel von Kellerberg erhält von Heinrich und Johann Meinhard Grafen zu Görz und Tirol ic. die Lehen auf zwei Gütern im Amte zu St. Stefan gegen dem, daß er „darumb allezeit gehorsamb, dienstlich und gewertig sein soll, zu Rosß gewaffent und wohlverwahrt.“ Tom. I. p. 807.

284. 1401. 15. April. (Freitag nach dem 8. Tag der Oftern.) Christof der Harrenpöck wird vom Grafen Friedrich zu Ortenburg mit der Veste Hohenwarth belehnt. Tom. I. p. 940.

285. 1401. 26. Apr. Romae, (sexta Calendas Maji.) Bonifacius Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Nobili viro Friderico Comiti de Ortenburg salutem et Apostolicam benedictionem. Quaedam per dilectum filium Magistrum Simonem de Perusio legum Doctorem, nostri consistorii Aduo-

catum, Nuntium apostolicum, harumque exhibitorem, Nobilitati tuae referentur oretenus parte nostra, ipsius itaque re-
latibus superinde fidem uelis indubiam adhibere. Datum Romae apud Sanctum Petrum, sexta Calendas Maij Pontificatus nostri anno duodecimo. Tom. I. p. 991.

286. 1402. 1. Jänner. Kuttenberg. (Neujahrstag.) R. Wenzel und R. Sigmund ertheilen dem Grafen Hermann zu Cilli den Auf-
trag und die Vollmacht, mit Friedrich Grafen zu Ortenburg, und den Grafen Heinrich und Hansen von Görz wegen des freien Durchzuges nach der Lombardie durch ihre Lande zu unterhandeln. Tom. I. p. 1047.

287. 1402. 12. März. Wien. (Sonntag Judica). Herzog Wil-
helm zu Oesterreich belehnt Ulrichen von Reichenegg, Landschreiber in Steyer, mit einem Zehent zu Grauscharn im Ennschale, genannt in dem Baumgarten, den letzterer von Wolfgang Praun, Hallinger zu Russee, erkaufte. Tom. I. p. 127.

288. 1402. 1. Mai. (St. Philipps und Jakobstag.) Rudolf der Pülichgräzer belehnt an seines Oheims Henslein, des Nikleins Summeregger Sohnes Statt, mit Vollmacht Herzogs Wilhelm zu Oesterreich den Niklein Haffner, Bürger zu Laibach, mit einem Zehent im Dorfe Keyß vor Laibach. Tom. I. p. 204.

289. 1402. 12. Juli. Gallenstein. (St. Margarethentag.) Lehen-
revers des Dtt Trientner an Friedrich Grafen zu Ortenburg über Gü-
ter am Bigler und an der Clausen, die vormals Rudolf der Puscher inne hatte. Tom. I. p. 970.

290. 1403. 4. Augusti. Ossiach. Udalricus, Abbas mo-
nasterii beatae Mariae virginis Ossiacensis, ordinis S. Bene-
dicti widmirt jene Urkunden, welche dem Grafen Friedrich zu Orten-
burg das Patronatsrecht auf den Pfarren St. Peter in Ratmannstorf,
St. Georg in Goriach, St. Georg in Los, St. Andrá in Moschnach,
St. Peter in Nakel, St. Stefan in Reifnitz, St. Martin in Walz-
ramstorf, St. Maria in Kemenig, St. Paternion und St. Nikolaus
in Rutlemstorf, St. Georg in Feustriz, und St. Ulrich in Kellerberg
sichern. Tom. IV. p. 729.

291. 1403. 28. Aug. (St. Augustintag.) Lehenrevers des Niklas
von Dietrichstein und seiner Ehefrau Margareth, des Liebhard von
Sumeregg Tochter, an Friedrich Grafen zu Ortenburg über Güter zu
Draßieß, an der Steinbrücken, und am Prälsk. Tom. I. p. 994.

292. 1404. 20. Juni. Wien. (Freitag nach St. Antonien.)
Herzog Wilhelm zu Oesterreich belehnt Niklasen den Bögl, Richter zu
Boitsberg, mit acht Mark Geldes auf der Mauth zu Judenburg, und
zwei Huben an der Piberalpen bei dem Rappweg. Tom. I. p. 127.

293. 1404. Wien, 20. September. (an St. Michaelstag.) Wilhelm, Herzog zu Oesterreich, urkundet wegen der 3 Güter zu Grafsendorf unter Osterreich, zu der Kirche St. Veit in Kärnten und seiner Lehenchaft gehörig, die Niklas der Schenk von Osterreich sel. und sein Sohn Ulrich bisher innehaben, daß die „Vertheilung“ derselben Güter Lorenz Gutenstainer, Pfarrer zu St. Veit, dem obigen Ulrich dem Schenken verkauft habe, und genehmigt zugleich den Kauf. Tom. IV. p. 749.

294. 1405. 15. Jänner. (Erchtag vor St. Agnes.) Ofterman von Stain wird von Friedrich Grafen zu Ortenburg für sich und seinen Sohn Mertel auf beider Lebenszeit mit einem Hause in der Stadt Laibach belehnt. Tom. I. p. 953.

295. 1405. 7. Aprilis. Sophumbergi. Antonius, sedis Aquilegiensis Patriarcha, belehnt Hermann Grafen zu Gili mit dem Zehent in der Pfarre Seldenhofen, den vorher Ehol von Seldenhofen innehatte. Tom. I. p. 890.

